


G. K. 387, 13.

II n
1832





ORATIO
DE
CAESARE AVGVSTISSIMO
HENRICO SEXTO
TERTIO SVEVORVM IMPERATORE
QVI
CIVITATEM
NORIMBERGENSEM
SINGVLARI FAVORE
MACTAVIT ET BEAVIT
HABITA

A
TOBIA NADLERC

Gymm. Aegid. Audir.

A. O. R. cIo lccc xxxiiii mense Maio

Norimbergae typis Arnoldianis



Quanto per altas stelliferi poli
Celsasque Olympi fiderei domos,
Per tecta caelorum suprema,
Per nitidas rutilasque sedes
Inter micantium lumina corporum
Et fulgurantum nomina siderum
Interque clarum nominatim
Parrhasidis geminae decorem
Aut inter insignem Andromedes Patrem
Interque septem Pleiadum choros
Aut inter Orionis ignem
Et gelidi speciem Bootae
Interque lucis Pegaseae decus
Fratrumque sidus nobile Castorum
Flammisque uesani Leonis
Aut Capitis rabiem Canini
Interque ferti munera Gnoſſii
Cygnique formam, Virginis aureae,
Seu nomen Astraeae superbum
Erigonesue piae uocabis,
Insigne lumen miraque dignitas
Pulchraeque aristae candida puritas
Aut rara Perseo dicatae
Coniugis Andromedae uenustas
Fulgore splendet; quanto etiam nitens
Inter uagorum lucida siderum
Momenta Phoebeoque uultu
Conspiciam rutilamque formam
Interque Martis sanguinei minas
Iouisque magni mirificum decus
Interque Saturni rigentis
Falcigerique senis furorem
Clarumque et albi Mercurii caput
Splendore gaudet lucidus Hesperus,
Phoebi satelles et quietis
Nuncius irriguaeque noctis
Fidelis index, Sol ubi montium
Mutaret umbras et iuga demeret
Bobus fatigatis amicum
Tempus agens abeunte curru,

Aut, si nitentem lumine roscido
Phoebi sereni nunciat exitum
Samosque nocturnos repellit,
Phosphorus egregii decoris;
Quantoque tandem per medium poli
Fastigiati circuitum micans
Inter minores noctis ignes
Luna soror speciosa Phoebi
Fratrisque amica luce superbiens
Diana uirgo, dum niueis simul
Inuecta bigis inter umbras
Plena nigras gerit ora uultus,
Candore amoeni luminis eminet:
Honore tanto, cernite posteris,
Post Numinis benignioris
Gratiam et eximium fauorem
Per singularem Caesaris optimi
Sueuque Regis sanguine tertii
Nunum uoluntatemque summam
Atque animos Procerum lubentes
Inter Parentis Teutoniae pias
Cultasque sedes iureque liberas
Hem! ciuitates regiasque
Caesaris Imperiique semper
Splendentis aulas, ringite liuidi,
Fulgebat olim iamque etiam nitet
Focunda mater filiorum
Casta, fidelis et alma Noris.
Quid ergo poscit grati animi fides
Sensusque recti, quid pietas iubet,
Quas ampla rerum maximarum
Dona petunt repetuntque grates?
Donum reposcunt aere perennius
Ac regiarum Pyramidum situ
Sublimius praeclariorumque
Et statua prius inuidenda:
Donum reposcunt pulchrius Indico
Argenti et auri et dentis eburnei
Fulgore gemmarumque cultu
Splendidius pretiosorum;

Dono

Dono reposcunt marmora publicis
 Incisa signis ac titulis piis
 Rerumque praestantissimarum
 Laudibus egregiis decora;
 Poscunt, reposcunt, praecipiant, nolunt
 Molem propinquam nubibus arduis
 Pompaeque Traianae figuris
 Nominibusque superbiorem.
 Fas ergo fas est Pieridum choro,
 Quae cultiorem Noridos optinae
 Pindum colunt et hospitali
 Halcionum recreantur umbra,
 Fas est, ut inter praecipuos modos
 Plenis honorum numeribus tuas,
 HENRICE, uirtutes in aeuum
 Per titulos memoresque fastos
 Ad posterorum saecula temporum,
 Aeterna Sueni gloria nominis
 Magnique sanguis Friderici
 Prouebat elogiisque tollat.
 Sic TE, bonorum maxime Principum,
 Regina nunquam Calliope suis
 Chartis inornatum relinquit
 Aut operum patitur tuorum
 Impune famam carpere liuidas
 Obluiones aut meritis tuis
 Obstare morsus uiperinos
 Inuidiaequae minacis ausus,

Salue ergo, Caesar, salue iterum mihi,
 Diuine Princeps, Norica Pieris
 Exclamat et consentientes
 Prouocat Aonidum choreas!
 TE Fridericus Teutoniae sacrae
 Regnique summi maximus Hercules,
 Togate et sagatus Heros,
 Ut generat Iouis acer ales
 Pullos rapaces aut catulos feros
 Gignit leonum uiuidus impetus,
 Sic luce TEMet auspicata
 Progeniuit similem paremque,
 Vigoris aucti, nobilis ingeni,
 Virtutis altae, strenuae et indolis,
 Mentis sagacis, bellicosi
 Pectoris impaudique cordis. *
 Doctrina sed uim promouet instam
 Rectique cultus pectora roborant
 Simulque, dum creuere mores,
 Condecorat bene nata uirtus.
 Sic litterarum splendor et artium
 Sublimiorum fulgida dignitas
 Decorque Musarum bonarum
 Ac studii sapientioris
 Et altioris praecipuus nitor
 Veraxque Suadae dulcis adorea **
 Largusque comitatus usus
 Mirificaeque benignitatis

* *conf.* *Conradi a Liechtenau Vrspergensis Coenobii Ord. Praemonstrat. ad Mindulam in Augustana Dioecesi Ab-
 batis Chronicon Argentorati c. 13. 13. CIX. publicatum pag. 233. Scriptorum Germanicorum Tom. I pag.
 214 et Tom. I Part. II ex collectione Christiani Vrsisii Francofurti A. 1585 pag. 519 itemque Tom. al-
 ter ex Bibliotheca Io. Pistorii in H. Mutii Chron. pag. 165. Scriptor. German. Tom. I ex Biblioth. Mar-
 guardi Freheri Francofurt. MDC. in Annal. Godefridi Monachi pag. 259 in Chronica Augustensi pag. 363.
 Zahn in der Reichs-Historie IV Theil pag. 5. Pfessingerus in Vitriario illustrato Tom. I pag. 590.
 Struuius in Corpore Historiae Germanicae Period. VII Saec. III pag. 418. C. G. Schuuarzii Dissert. de
 Henrici VI ignominiosa Coronatione s. 7 pag. 17.*

** *Sic scribit Gosfridus Viterbiensis in Script. Germ. Collect. Vrsisiana Tom. I Part. II pag. 519: Henricus
 Sextus natura et litteratura super omnes coaetaneos, sapientia et sensuum subtilitate uidetur pol-
 lere. Ita narrat Conradus Vrspergensis l. c. pag. 233: Henricus imperator fuit prudens ingenio, facund-
 us eloquio, facie satis decora plus tamen macilenta, statura mediocri, corpore tenuis et debilis, acer
 animo, Struuius in Corp. Hist. German. ex Chr. August. ad A. 1192 citat haec uerba: Henricus audacia et lar-
 gitate, iustitia et ueritate, litteratura et sapientia et aliis uirtutibus pollens. Add. Geruasius Til-
 beriensis in Otijs Imperialibus Libr. II Cap. XIX pag. 943. Guntherus Libr. I Ligurini u. 65*

In demerentes egregius fauor
 Et singularis gratia munerum *
 TE, Caesar, alto sempiternae
 Laudis ad inuidiae pudorem
 Honore maectant: TEque etiam fides
 Candens amictu raraque simplicis
 Verique sanctitas amoris
 Integritasque animi modesti
 Sat comprobatum ciuibus euehunt;
 TE melius ornat magni animi uigor
 Rerumque prudens et secundis
 Temporibus dubiisque rectus,
 Qui fas honestum praetulit utili
 Altoque uultu dona nocentium
 Sprenens per obstantes cateruas
 Explicuit sua uictor arma. **
 Iustum ac tenacem propositi uirum,
 Quum pessimorum turba rebellium
 Et impiorum proditorum
 Insidias parerent nefandas,
 Vindex auarae fraudis et abstinentis
 Ducentis ad se cuncta pecuniae
 Legumque custos et sacra
 Consilii rigidus satelles

Intaminatus iustitiae tenor
 Minoa uidit, uidit et Aeacum
 TE rite, Caesar, indicantem
 Iuraque debita uindicantem.
 TE uis malorum, dura necessitas
 Clauos trabales et cuneos manu
 Gestans ahenas; TE seuerum
 Poena reis minitata stipat. ***
 TF ceu ministrum fulminis alitem
 Fortis iuuentas nunc in ouilia
 Nunc in reluctantes dracones
 Propulit insolito uigore:
 TE mentis altae uiuidis impetus
 Incendit acrem pectore patrio,
 Ceu lacte depulsam leonem
 Per medias rapit ira caedes;
 TE bellicosum Marsus et Appulus,
 Vi Hydra secto corpore firmior,
 Per damna, per caedes, per ignes
 Herculeis opibus reuicti ****
 Sensere, docti, quantum animus tuus
 Spectandus in certamine Martio
 Primos et extremos metendo
 Perficiat sine clade uictor

Quanto-

- * Struuius l. c. producit Gernasium Tiberiensem in Otis Imperialibus Libr. II cap. XIX ita scribentem: erat Henricus uir moderatus, modestus, apud rebelles atrocissimus, hostibus inuictus, contumacibus seuerus, proditoribus immifericus, litteratis ipse litteratus; quod in armorum minus erat exercitio, supplebat facundus et munificus; gratus apud bonos, expositus apud simplices, contra superbos ceruicofos; animo patrem sapiebat, non gladio. Hahnus ex Arnaldo Lubecensi Libr. IV c. XX pag. 699 citat: Henricus Imperator liberalissimus erat &c.
- ** Sic narrat Gotfridus Viterbiensis in Script. Germ. Collect. Vrftisiana Tom. I Part. II pag. 510: uidentius Henrici elegantissimam formam, laudabilem militiam, audaciam et largitatem, beneuolentiam, pietatem, iustitiam et ueritatem atque omnes regias uirtutes, quas ex aetate adolescentium possemus optare. Add. Chronic. August. in Collect. Frerheriana Tom. I pag. 363 ad A. 1192: Henricus --- largitate, ueritate, iustitia et aliis uirtutibus pollens. Hahn citat Auftarium Aquicinquinum ad A. 1197: magnanimitas Henrici, iustitia et prudentia pulcritudinem Absolonis superauit.
- *** conf. Gernasius Tiberiensis in Otis imperialibus Libr. II cap. XIX a Struuius et Hahnio citatus: erat Henricus apud rebelles atrocissimus, --- contumacibus seuerus, proditoribus immifericus --- contra superbos ceruicofos. Otto de S. Blasio in Appendice Cap. XXXIX pag. 218 ex Collectione Vrftisiana Tom. I: optimates ultima desperatione adacti dolo occidendum Caesarem deliberauerunt; --- quos omnes captos in uincta coniecit et exquisitis suppliciiis affectos miserabiliter enecauit.
- **** Conradus Vrftigensis pag. 232: Henricus erat acer animo ideoque inimicis suis erat pauendus et terribilis. Otto de S. Blasio in Appendice Cap. XXXIX pag. 218 ex Collect. Vrftif. Tom. I: Henricus omnibus in circuitu nationibus non solum in cismarinis sed etiam in transmarinis partibus seueritatem

Quantoque feruens dexteritas manus
 Devota morti pectora liberac
 Fatiget ac prosternat ausu,
 Siciliae didicere fraudes. *
 Sic, qua serenus Sol habitabilis
 Illustrat oras, maxime Principum,
 TE grande cultioris orbis
 Imperiique sacrationis
 Tenere sceptrum, Teutoniae tuae
 Creuere vires fumaque et imperi
 Porrecta maiestas ad ortum
 Solis ab Hesperio cubili. **
 Sic et gerenti militiam TIBI
 Fortuna faustos reddidit exitus
 Laudemque et optatum sagatis
 Teutonibus decus arrogauit. ***
 Tantam ergo famam peccatoris ardui
 Fortisque dextrae conciliat TIBI
 Diuina uirtus, quae per altos
 Difficilesque ruit labores.

Haec ipsa uirtus, quae meritis nitet
 Summumque certa tentat iter uia
 Coetusque uulgares et udam
 Spernit humum fugiente penna,
 Virtus repulsae nescia sordidae,
 Quae laureatis fulget honoribus,
 TE, ceu fidelis scribit Auctor,
 Elogio pietatis auxit. ****
 O sempiterna laudis adorea
 Maestande Caesar! Quis meritam tuae
 Aeternitati dignitatis
 Consecret insinuetque famam:
 Si per uetustas Maeonii uiri
 Musas Homeri, Pindaricas item
 Caecaeque et Alcaei minaces
 Stesichorique graues Camenas,
 Si per Maronis principis omnium
 Vatis lepores aut Varui sonos
 Flaccique barbiton canoram
 Verba canat socianda chordis.

ritatem eius metuentibus maximum terrorem incussit. *Iam Otto de S. Blasio Cap. XLI pag. 220:*
 uictoriosissimus terra marique potens Augustus in Germaniam rediens repatriauit. *Cap. XLV pag.*
 222: Henricus Imperator hostibus imperii circumquaque subactis terra marique potens - - -
 morte praeventus est. Cuius mors genti Teutonicorum - - - lamentabilis sit in aeternum: quod
 - - - terrorem eorum omnibus in circuitu nationibus per uirtutem bellicam incussit - - -

* *conf. Otto de S. Blasio l. c. Cap. XXXIX, pag. 218. Add. Hahn l. c. pag. 5*

** *conf. Otto de S. Blasio l. c. Cap. XLV pag. 222: Henrici mors genti Teutonicorum omnibusque Ger-*
maniae populis lamentabilis sit in aeternum: quod aliarum terrarum diuitiis eos claros reddidit
terroremque eorum omnibus in circuitu nationibus per uirtutem bellicam incussit eosque praestan-
tiores aliis gentibus nimium offendit futuros, ni morte praeventus foret; cuius uirtute et indu-
stria decus imperii in antiquae dignitatis statum restorisset. Add. Hahn l. c. pag. 4 not. f.

*** *Otto de S. Blasio l. c. Cap. XLIII pag. 221: Henricus cuncta in Tusciam et in Campania pro libito dis-*
ponens in Apuliam et Calabriam diuertit ibique potenter residens ad obtinendam Graeciam impe-
riumque Constantinopolitanum intendit animum. - - - Henricus Imperator in Sicilia manens
imperii negotia in eisdem regionibus pro uelle suo disposuit, iudices regionibus, iura ciuitati-
bus, leges potestatum dignitatibus constituens, insuper insulas maris uectigales faciens imperium
admodum dilatauit, exercitu eius cum instructis nauibus - - - maritima percurrente. Ptolemae-
us Lucentis in Hahnio l. c. pag. 42 not (aa): Henricus in Sicilia libere imperat cernensque, ex omni
parte imperium suum esse integrum, ad tributum Regis Tunicitii sollicitatur aliarumque partium
Africae uidelicet Numidiae et Mauritaniae &c.

**** *Arnoldus Lubecensis Libr. IV Chron. Sclauorum cap. XXIII, quem Hahnio l. c. pag. 3 producit: - - -*
regnante Henrico pio Imperatore. Idem Libr. V cap. I: hanc uocem - - - ut speramus, audiuit
pius Imperator Henricus. Godefridus Monachus in Annalibus ad A. 1195 ex Brbl. Ereberian. Tom. I
pag. 261: Imperator ut uir Deo plenus recolens miserias et captiuitatem Christianorum &c. Add.
Chron. Augustense ad A. 1195.

Sed ne pudoris nomina contrahat
Obliviosi Norica Ciuitas,
Paucis licebit indicare
Praecipuae monimenta laudis,
Primum ergo, quid mens ritc, quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus,
Quid cura magni Friderici
*In iuuenem ualeat calentem, **
Maturo anhelu robore pectoris
Cunctis probasti ciuibus imperi:
Quum TV, Parente destinante
Ac placito Procerum iubente
Quinquennis inter publica munera
Festiuitatis fidere prospero
*Rex unctus ornatusque scepro ***
Bisque etiam decimo iuuentae
Florentis anno coram oculis Paris
Inter bonorum gaudia ciuium

Iustus inauguratus armis
*Militiaeque sacris datus ****
Faustoque amici Numinis omine
Bellum Polonis fontibus inferens
*Turbisque pacatis triumphans, *****
In patriam remeas, sed inde
Magni Parentis militiam Ducis
Secutus ardens hostibus Italis
Miranda uirtutis timendae
*Non sine ui documenta monstras, ******
Post prima famae nomina bellicae
Quum nuptiarum sidere splendido
Constantiam lauto potentis
Atque opibus nimium ualentis
Regis Rogeri sanguine proditam
Cum subditorum plausibus omnium
In spem bonorum filiorum
*Perpetuam TIBI coniugasses ******

Illinc-

- * *Otto de S. Blasio in Append. Cap. XXI pag. 207 Tom. I Part. I ex Coll. Vrslisiana scribit: Fridericus I liberis suis omnes litteras apprimè erudiri faciens eos facultatibus redituum, excellentiis dignitatum per sortitas prouincias delegatè sublimauit. Godefridus Viterbiensis Tom. I Part. II ex Col. lecti. Vrslisiana pag. 519 scribit; uidemus Henrici elegantissimam formam, laudabilem militiam, audaciam et largitatem, beneuolentiam, pietatem, iustitiam et ueritatem atque omnes regias uirtutes, quas ex ætate adolescentium possemus optare. Qui licet natura et literatura - - - - uideatur pollere; nos quidem si plura nescimus, plura tamen temporum ratione conspeximus, plura etiam experti sumus.*
- ** *Godefridus Monachus ex Bibliotheca Frecheriana Tom. I ad A. 1169 pag. 243 scribit: Filius Imperatoris Henricus adhuc quinquennis unctus est in Regem Aquisgranum a Philippo Colonienfi Archi-Episcopo die assumptionis beatae Mariae. Conradus Vrspersensis pag. 232 narrat: Henricus 92 loco ab Augusto regnum accepit; prius tamen a patre rex designatus fuerat et de consensu Principum coronam Aquisgranum acceperat. Add. Hahn l. c. pag. 6*
- *** *Otto de S. Blasio l. c. pag. 210: A. 1184 Fridericus curiam generalem in Pentecoste apud Maguntiam edixit ibique filios suos Henricum scilicet Regem et Fridericum Sueuorum Ducem gladio accingit armisque insigniri disposuit. Conradus Vrspersensis in Chronico pag. 227. Add. Hahn l. c. pag. 6.*
- **** *Habinius citat Continuatorem Lamberti Sebafnaburgensis ad Ann. 1184 pag. 256: perfecta solennitate (Moguntina) Imperator filium suum Henricum Regem in Poloniam cum exercitu destinauit - - - - Rex Poloniam iturus uenit Halle - - - - Inde ultra profectus Legatos Poloniae dexteram petentes suscepit, dexteram dedit sicque cum pace ad Patrem reuertitur.*
- ***** *Goufridus Monachus ad Ann. 1185 pag. 249: Imperator - - - - Italiam petit - - - - Filius Imperatoris insolentius agere et res alienas diripere coepit: unde crebra querimonia ad patrem et demum ad apostolicum delata est.*
- ***** *Vghellus in Italia Sacra Venetiis 1717 edita fol. Tom. I pag. 1201: Anno 1185 indict. 3 mense Aug. d. 28. - - Henricus Rex recepit Reatae Reginam Constantiam filiam Rogerii Regis Siculi in uxorem per Legatos suos. Conradus Vrspersensis in Chronico pag. 227: Fridericus desponsauit Henrico filio suo dominam Constantiam filiam Rogerii quondam Regis Siciliae, quam tunc in potestate habebat Guilielmus patruus eius, qui eam enutriuit et ipsius nomine regnum gubernauit. Goufridus Viterbiensis*

Illincque facto coniugis in locum
 Haereditatis foedere debitae
 Ad iura uenisses statuta
 Sicani Calabrique regni: *
 Rerum Italarum, quas TIBI tradidit
 Pares gerendas, commoda publica
 Pacemque rite constitutam
 Miro animi studio fouebas
 Simulque forti praecipuum et manu
 Regni Latini praecipuum decus
 TIBI tuisque uindicabas
 Legitimeque statuminabas **
 Turbisque uero compositis tuam,
 Quam sacra belli susciperet Pater,
 Germaniam felicitato
 Numinis auspicio regebas ***
 Sacriens prudens imperii statum
 Resque ordinabas consilio graui

Clauumque cultioris orbis
 Per medius Palinurus undas
 Cautus tenebas sollicita manu ****
 Solusque tandem, quum nimio prius
 Magni Parentis Friderici
 Caesaris egregie merentis
 Interque saeuos undique barbaros
 Fausto et secundo nomine et omine
 Pugnantis eheu! gloriosam
 Exin iamque decore uitam
 Acerba nolis eriperent mala, ****
 TV solus orbem Teutoniae bonae
 Sceptro gubernabas et alto
 Numinis auspicio trementem
 Mundum et ruentem praegrans imperi
 Regnique magno turbine conciti
 Molem laborantesque uires
 Herculeis humeris ferebas.

Primum

birnis ex Bibliotheca Pistorii pag. 520: Anno MCLXXXVI indictione sexta sexto Calendas Februarii Rex Henricus VI cum Regina Constantia filia Rogerii Regis Siciliae nuptias gloriosas celebravit Mediolani apud sanctum Ambrosium anno aetatis suae uigesimo primo, anno autem regni sui decimo septimo. Fufius describit haec Otto de S. Blasio pag. 211. Mutius in German. Chron. Libr. XIX ad A. 1186 itemque ad A. 1191 Chronicon Auguſtense. Errat igitur Godefridus Monachus ad A. 1186; quum dicit, nuptias Henrici apud Ticinum actas esse. Add. Hahn, c. pag. 7. et Struuius in Corpore Histor. German. pag. 426

* conf. Auctores iam citati, qui prolixius ea de re egerunt.

** Godefridus Monachus ad A. 1187 pag. 251: ante hiemem filius Imperatoris rebus in Italia compositis cisalpinat. Idem ad Ann. 1188 pag. 252: Filius Imperatoris ante Augustum mensem de montanis Longobardiae rediit. Mutius in Chronico Germanorum Libr. XIX pag. 159: post nuptias Henricus, iuuenis natus annos uiginti praeficitur Lombardiae et reliquis in Italia ciuitatibus multis, qui pro aetatis ratione satis grauitur omnia administrat. Böhlers *Reichs-Historie* pag. 194.

*** Godefridus Monachus ad Ann. 1189 pag. 254: Fridericus Imperator - - - curiam celebrem Ratisponae habuit - - - ibique ad peregrinandum Deo lumbos suos succinxit, reliqua rerum summa filio suo Henrico Regi. Otto de S. Blasio Cap. XXXII pag. 213: Anno dominicae incarnationis MCLXXXIX Fridericus Imperator in Pentecoste generalem curiam Presburch - - - celebrans exercitum coadunauit tradiditque regalibus Henrico Regi filio suo - - - ualedixit.

**** Godefridus Monachus ad Ann. 1190 pag. 256: in Pentecoste Rex curiam apud Nurnberg habuit, ubi Archiepiscopus Coloniensem curtes omnes ab eo quondam inuadiatas absoluit, telonia quaeclama et monetas concessit. Struuius in Corpore Hist. German. pag. 418 et 419 allegat Chronicon Bigaugiense ad A. 1189: Henricus Rex Curiam habet in Wirzenborg, ibi Otto et filius eius reconciliati sunt - - - Idem Henricus filius Caesaris Curiam in Mersburg habuit. Ibi expeditio indicitur contra Henricum Ducem Leonem et contra Brunswiuk, pro querimonia Bernhards Ducis. Idem Struuius citat Chronicon Stedernburgense apud Leibnitium: ubi bellum Henrici Regis cum Henrico Leone fufius describitur.

***** conf. Godefridus Monachus pag. 258. Otto de S. Blasio pag. 214, 215. Conf. Zahn in der *Reichs-Historie III Theil* pag. 304 et Struuius in Corpore Histor. German. pag. 415

Primum ergo, Caesar, Caesaris optimi
 Diuine fili, maxime Principum,
 Quum copias multas parasses,
 Lactus in Italiam profectus *
 Post apparatus lumine splendoris
 Inter bonorum iubila ciuium
 Largasque gratulationes
 Votaque prosperitatis almæ **
 Interque dignas Caesare formulas ***
 Romae corona, qua decet, aurea
 Cultuque uestium sacro
 Purpureique decoris ostro

Summisque summi iuris honoribus
 TE TE uidebas cum Socia tori,
 AVGVSTE, comium fulgidisque
 Imperii titulis onustum.
 Facto supremæ lucis et aurei
 Splendoris actu robora militum
 Exercitata Martiisque
 Spiritibus cumulata ducent
 Terrasque opimas iureque debitam ****
 Haereditatem sed uiolentia
 Hostis tumentis occupatam
 Siciliam merito reposcens *****

Bellum

- * Godefridus Colonienſis pag. 256 ad A. 1190. in menſe Nouembri Henricus Rex in Apuliam proficiſci-
 tur; ſed audita morte Patris et Ludeuici Landgrauii Colonienſem Archiepiſcopum praemittens
 ipſe in Thuringiam proficiſcitur, eam ſibi ſubiicere tentans. Poſtea tamen fratri ipſius omnia per-
 mittens in Apuliam tendit.
- ** Godefridus Monachus pag. 259 ad Ann. 1191: Anno dominicae incarnationis MCXCI - - - -
 Henricus VI filius Friderici - - - - - in Apuliam ducent exercitum Romae in Imperatorem
 et Conſtantia uxor eius in Imperatricem ſecunda feria Paſchae conſecratur. Abbas Vrſpergenſis
 pag. 232. ſcribit. Anno Dom. mil. 192, Henricus Romae a Caeleſtino Papa coronatur. Otto de
 S. Blaſio pag. 214: Anno MCXC Henricus Rex - - - - a Caeleſtino Papa glorioſe ſuſceptus om-
 nium Romanorum fauore una cum Coniuge in die ſancto Paſchae coronatus eſt. Matthaeus Pa-
 ris in Hiſtoria Anglic. pag. 117: Henricus coronatus eſt in uigilia S. Joannis Baptiſtae. Add. Zahm
 l. c. IV Th. pag. 8. Struuuius l. c. pag. 419
- *** Rogerius Houedenus Part. II Annalium ad A. 1191 pag. 689, uti Habniiſus citat Part. III Hiſt. Germ. pag.
 38 not. b, ita ſcribit: Henricum et Conſtantiam introduxit Papa in Eccleſiam et unxit eum in
 Imperatorem et uxorem ſuam in Imperatricem. Sedebat autem Papa in cathedra Pontificali tenens
 coronam auream imperialem inter pedes ſuos et Imperator inclinato capite recepit coronam et Im-
 peratrix ſimiliter de pedibus Papae. Dominus autem Papa ſtatim percuffit cum pede ſuo coronam
 Imperatoris et deiecit eam in terram, ſignificans, quod ipſe poteſtatem eiciendi eum ab imperio
 habet, ſi ille demeruerit. Talem narrationem, licet Baronius T. XII Annal. ad A. 1191 n. X pag. 841
 palliare conetur, merito in dubium uocamus; quia 1) Scriptores rerum Germanicarum domeſtici, qui hanc
 coronationem deſcripſerunt, de ea re ſilent 2) Otto de S. Blaſio expreſſe ſcribit pag. 214, Henricum Re-
 gem a Caeleſtino Papa GLORIOſE ſuſceptum eſſe. Monachus Weingartenſis in Chronico de Guephis
 Principibus pag. 799 tradit, anno 1191 Henricum GLORIOſE conſecratum eſſe. Auſtor Chronici
 Reicherspergenſis in Chronico ſuo reſtat, Henricum anno 1191 conſecratum eſſe HONORABILITER
 Romae et coronatum. Arnoldus Abbas Lubecenſis in Chronico Libr. IV Cap. IV. narrat, Henricum
 CVM SVMMA PACIS TRANQVILLITATE benediſtum et coronatum eſſe. Guilielmus Brito Libr.
 IV Philippiſidos pag. 274, Henricum CELEBRI donatum HONORE a Caeleſtino Papa et DIGNE a
 Patribus ſanctoque Senatu eſſe honoratum. Couf. Habn l. c. pag. 38, 39. Struuuius l. c. pag. 420.
 Add. C. G. Schuuarzi Diſſert. de Henrici VI ignominioſa coronatione. Pfeſingerus in Vitriario illuſtrato
 Tom. I pag. 590
- **** Auſtarium Aquiclininum, quod Habniiſus citat, ad A. 1189 pag. 243: obiit Wilhelmus Rex Apuliae - - -
 abſque haerede, qui congregatis totius regni ſui principibus, haerem regni deſignat Henricum Re-
 gem - - - qui eius amitam habebat in coniugio. Principes omnes cum ſacramento fide interpoſita pro-
 miferunt, ſua praediſto Regi colla ſubmiſſuros. Richardus de S. Germano pag. 955. in Chronico: factum eſt,
 ut ad Regis Guilielmi mandatum omnes regni Comites ſacramentum praefiterint, quod, ſi Regem ipſum
 abſque liberis mori contingeret, a modo de facto regni tanquam fideles ſuae amitae (Conſtantiae) tene-
 rentur et Regi Alemanniae (Henrico) uiro eius. Add. Conradus Vrſpergenſis pag. 232. Chronicon Siciliae in
 Muratorii Scripturis Rerum Italicarum Mediolani 1777 edit. fol. Tom. X pag. 815
- ***** Auſtarium Aquiclininum ad A. 1189 pag. 243: poſt mortem Regis Wuilhelmi fidem et ſacramentum,
 quod

Bellum gerebas auspiciis bonis
 Vrbesque ce'cis moenibus arduas
 Terrorē factō diruebas
 Atque animos rabidos domabas:
 Sed ista saeuo laeta negotio
 Ludum insolentem ludere pertinax
 Fortuna, Jovis iniuriōsa,
 Nunc tibi nunc aliis benigna, *
 Fortuna miscens omnibus omnia,
 Mutans et insignem attenuans statum,
 Obscura promens, quae supremum
 Inde apicem rapit, hic reponit,
 Fortuna pressis casibus obuia,
 Praefens uel imo tollere de gradu
 Mortale corpus uel superbos
 Verteve funeribus triumphos,
 Fortuna honores arbitrio tenens,
 Quam pauper ambit sollicita prece

Ruris colonus quique remis
 Carpathium pelagus laceffit,
 Quam Dacus asper, quam profugi Scythae
 Vrbesque gentesque et Latium feroc
 Regumque matres barbarorum
 Purpureique timent tyranni,
 Fortuna certo non stabilis pede
 Magnis tuorum prohi dolor agrinuum
 Virumque bello militantum
 Ausibus egregisque factis
 Feruens anheho restitui impetu
 Morbique acuti pestifera lue
 Stragem fatigatis nocentem
 Corporibus dedit intulitque. **
 Sic ergo caeli casibus inuidi
 Morbique fati rursibus asperi
 Cedens tuum tunc corpus almae
 Teuoniae dederas fouendum.
 B

Sed

quod fecerant, Siculi, paruipendentes *quendam Tancredum ex femine regio* (Ducis Rogerii filium naturalem et Rogerii Regis nepotem) sibi Regem creauerunt. *Add. Otto de S. Blasio pag. 217.*

* *Godefridus Monachus pag. 259*: Imperator in Apulia primo prosperis usus successibus montem Cassinum cum ciuitate S. Germani et CLX castella in dedicationem accepit. *Arnoldus Lubecensis, quem allegat Habnins, Libr. IV Cap. V pag. 686*: Tancredus impetum Imperatoris ferre non ualebat. Siquidem Imperatore adueniente territi habitatores terrae - - - omnes ciuitates munitas et castra firmissima in manu eius traxerunt. *Richardus de S. Germano, quem Habnins citat, ad A. 1191 pag. 957*: Imperator regnum (Neapolitanum) intrat - - - et per Campaniam uenit in Rocham arcis, quam ui - - - cepit. Quod tanti caussae timoris fuit, ut, qui se in Casino receperant cum rebus suis homines Sancti Germani, per nuntios suos, quos ad eundem Imperatorem mittunt, fidelitatem iurent. *Roffridum etiam Casinensem Abbatem urgentibus ipsis hominibus sancti Germani oportuit ipsi Imperatori iurare. Sorella quoque, Atinum - - - metus caussa ipsi Imperatori se reddunt et procedens in terram Laboris Theano, Capua et Auersa sibi dantibus manum Guilielmu Casertae Comitum recipit et Auersam. Mutius in Chron. German. pag. 162. Struuus l.c. pag. 420. Köblers Reichs-Historie pag. 195. Pfessingerus in Vitruuio illustrato Tom. I pag. 590.*

** *Ioannes de Ceruano in Chronico Fossae nouae, quem Habnins citat, ad A. 1191 pag. 472*: omnis terra redacta est in Henrici potestate usque Neapolim et cum magno et innumerabili exercitu ipsam ciuitatem circumdedit et obsedit et cum multis et diuersis machinis eam debellauit. *Gerhardus Stederburgeris de Henrici Leonis postremis rebus gestis pag. 863*: Imperatoris exercitum subitae magnitudinis cladis terribiliter turbauit, adeo, ut plerique iam sani et ualidi miserabili mortis articulo solo stererentur. - - - Incredibilis illa pestilentia magis ac magis inualuit - - - ipse Imperator irrecuperabili infirmitate corripitur, adeo ut desperatus et semiuiuus a Neapoli nullo peracto negotio asportaretur. *Add. Richardus de S. Germano ad Ann. 1191 pag. 957. Arnoldus Lubecensis Libr. IV cap. VI pag. 687. Godefridus Colonienis ad A. 1191. pag. 259*: Henricus in Augusto mense aeris inconsueti intemperie corrupto exercitu omnes paene principes suos amisit. *Courad. Vrspergensis pag. 232*: progrediens Henricus cum exercitu Neapolim ciuitatem munitissimam obsedit; ubi in aestiuo tempore multi Teutonicozum perierunt et ab obsidione recessit imperator inglorius. *Otto de S. Blasio pag. 217*: Imperator Neapolim rebellem Campaniae urbem obsidione uallauit, cuncta in circuitu terrae igne ferroque uastata. - - - Pestilentia itaque exercitum tangente nihil proficiens Imperator de repatriatione disposuit. *Add. Mutius in Chronico German. pag. 162. Libr. XIX; Pfessingerus l.c. p. 590.*

Sed mox Richardi foedere , quod sibi *
 Tancredus acer Rexque Britannicus
 Fecere rupto miliunq;ue
 Compositis numero bonorum
 Virumque tecto robore fortium
 Instructus heros fidere prospero
 Largeque fortunante caelo
 Bella per Italiam gerebas
 Civesque summo percutiens metu
 Et Martialis fulmine dexteræ
 Tangens ubique ciuitatum
 Moenia turribus arduarum
 Premensque celsas obsidio graui
 Vitricis urbes numine Palladis
 Ausuque militum tuorum ,
 Indomitas prope qualis undas

Exercet Auster Pleiadum choro
 Scindente nubes, impiger hostium
 Vexans cateruas et triumphans
 Siciliam Calabranque terram,
 Terram nouatis seditionibus
 Plerumque foetam, caedibus obrutam
 Taboque ciuili madentem,
 Caesar, io! TBI subiungabas, **
 At quum feroces pectore subditi
 Pro saeuientum moribus anguini
 Maiore tentati furore
 In rabiem ruerent et iras
 Totamque uitae perniciem tuæ
 Insanientis criminis impetu
 Laesæque maiestatis ausu,
 Horreo dicere, comminati ***

Iam

- * *Habnius allegat Thomam Rymerum Tom. I. Foederum, Conuentionum, Actorum publicorum inter Reges Angliae et alios quosuis Principes pag. 66, 67; ubi Richardus in charta pacis cum Tancredo Siciliae Rege facta promissit, se regno Tancredi terra et mari pacem et perpetuam amicitiam fideliter seruaturus &c. &c. Guilielmus Britto Henricum loquentem inducit Libr. IV pag. 276 ad Richardum: tu nuper Regis amicus usurpatori contra nos bella mouebas, impia Tancredi iuratus in arma meamque uxorem patris solio priuare uolebas. Conf. Habnius l. c. pag. 30 et 31. Add. Struuius l. c. pag. 421, 422. Pfeffingerus in Vitriario Tom. I pag. 590. Köhler in der Reichs-Historie pag. 197. Matthaci Paris Monachi Albanensis Angli Historia maior Parisiis 1644 edit. pag. 121. et 122 etc etc Otto de S. Blasio p. 217. Mutius in Chronico German. pag. 161, 162 Libr. XIX.*
- ** *Otto de S. Blasio l. c. pag. 218: anno 1193 Henricus contracto exercitu secunda uice Alpes transcendit transitaque Italia et Tuscia in Campaniam arma conuertit - - - omnes ciuitates Campaniae Apuliaeque aut expugnatas destruxit aut in ditionem accepit. - - - Itaque tota Apulia cum Campania in prouinciam redacta, in Calabriam et Siciliam copias transposuit profligataque regione Henricum marscaldum de Kallindin cum instructo ad bellum exercitu uersus ciuitatem Catinensum duxit; ubi omnes ipsius terrae optimates cum innumerabili exercitu ordinata acie offendit eisque incunstanter congressus et uictoriam multitudine occisa adeptus, fugientes insecutus ciuitatem cum eis irrupit, - - - ciuitatem igne succendit. - - - Anno 1194 Imperator contra Palermum aciem direxit. - - - Sed ciues sine omni mora dediticili dextras perterriti conditionesque pacis, se suaque omnia offerentes, suppliciter quaerunt. - - - Impe-rator - - - cum Principibus imperiali gloria et ornatu subsecutus ciuitatem ingreditur. Add. Mutius in Chronico German. Libr. XIX pag. 163 et 164. Conradus Vrspersensis pag. 232. Godefridus Monachus pag. 261. Plures Scriptores allegauit Habnius, qui ad A. 1194 et 1195 hanc expeditionem transcribunt. Pfeffingerus in Vitriario illustrato Tom. I pag. 590, 591*
- *** *Godefridus Monachus pag. 262. Anno 1196: Imperator in Apuliam denuo proficiscitur, praemissis largantis innumeris, quos duxit Marquardus (de Annuell) dapifer eius, cui et Marchiam Anthoniae et alia quaedam beneficia contulerat. Anno 1197 Imperator in Apulia moratur; ibi quosdam Principes, qui in necem eius conspirasse dicebantur, diuersis poenis occidit. Otto de S. Blasio pag. 221: Henricus imperator contracto exercitu tertia uice Italia intrauit ac Pyrenaeum transiens cunctaque in Tuscia et in Campania pro libito disponens in Apuliam et Calabriam um transiens cunctaque in Tuscia et in Campania pro libito disponens in Apuliam et Calabriam diuertit. Auctarium Aquicinctinum ad A. 1196 pag. 255: Henricus Imperator hieme transacta ite-rum ad Siciliam et Apuliam proficiscitur. Arnoldus Lubecensis L. V Chronici Sclauorum cap. I pag. 704: intolerabilis guerra exorta est. Nam uxore Imperatoris ab ipso dissidente grandis conspi-ratio a primoribus terrae, a consanguineis etiam ipsius Imperatricis contra eum exorta est. Hab-nius*

Iam iam pararent: magno animo quidem
 Turbas rebelles, implacidum genus
 Civesque peritos et hostes
 Fraudibus insidiisque plenos
 IV vindicasti, sed rapui TIBI
 Vitam supremis laudibus inclutam
 Victoriisque gloriosam
 Fulminei grauis ira sati, *
 Lugenda, Caesar, funera, funera
 Notanda tristi nomine calculi:
 Quum TE tuorum subditorum
 Casta fides pietasque sancta
 Conflansque nostrae Teutoniae Parens
 Virtusque gaudens hem! meritis tuis,
 Auguste, longioris aevi
 Halcionumque benignorum

Et faustioris luminis omine
 Fructuque et usu nominis integri
 Dignum putabat, aestimabat
 Speque etiam sibi TE nouebat!
 Non ergo laudes egegrias tuae
 Virtutis, Heros, liuida conterent
 Momenta sed per ultimorum
 Conscia tempora saeculorum,
 Caesar, manebit perpetuus uigor
 Rerum tuarum: qui patriae bonae
 Pacem tuendam ciuimque
 Oria restituenda curans
 Fecisti, ut ullus non animi furor
 Ciuilis aut uis pectoris inuidi
 Aut ira, quae procutit enses
 Et miseris inimicat urbes,
 B 2

Paca-

nus l. c. pag. 19. Struuius pag. 423. Pfessingerus l. c. pag. 592. Praemisit igitur Caesar A. 1196 copias ad tertiam expeditionem, ipse autem anno 1197 insecutus est. Struuius pag. 423. *Quantum ex Miraei Oper. Diplomati, et Ludeuizii Reliqui, MSC. Tom. XI pag. 587 et Georgisch Regesii Chronologico-Diplomatici patet ad Ann. 1196 et 1197, Caesar noster d. V Mart. A. 1196 fuit Francofurti et d. VI Mart. Gelnhausen (conf. Miraei Oper. Diplom. A. 1723 Bruxellis edit. Tom. II pag. 1199 et Tom. I, p. 290) d. IX April. Wittenbergae, d. I. Iun. Bopardiae (conf. Miraeus l. c. pag. 194) d. X Iun. Wormatae, d. VI Iul. Bisuntii, d. XIII Iul. Wormatae, d. XII Aug. Mediolani, d. VI Septembr. Placentiae, d. VI Octobr. apud Assanum, d. XXI Octobr. apud montem Flaconem, d. XXVIII Octobr. Gelnhausen, Ann. 1197 d. 28 Iul. Linariae, d. III Aug. in Sicilia insula.*

* Otto de S. Blasio pag. 222: anno 1197 Henricus imperator hostibus imperii circumquaque subactis terra marique potens in ultimis Siciliae finibus constitutus immatura morte praeventus est ----- Itaque apud Messanam ciuitatem Siciliae defunctus ibidem cum maximo totius exercitus lamento cultu regio sepelitur. *Godofridus Monachus pag. 262: rumor de Henrico ac Imperatrice Constantia uaria seminata, scilicet quod ipse in uariis euentibus praeventus, etiam in uitae periculo saepe constitutus sit, quod Imperatricis uoluntate semper fieri uulgabatur. ----- Imperator obiit in festo S. Michaelis II Kal. Octobr. et honorifice cum multis insignibus apud Neapolim sepultus est. Chronica Augustensis ad A. 1192 pag. 363: Henricus audacia, largitate, iustitia etc etc et aliis uirtutibus pollens imperium suum ----- bene rexit, regnum Siciliae sibi subiugauit et multa alia bona ac memoria digna in imperio fecit ac demum in Apulia insidiis uxoris suae (ut dicitur) ueneno perit, cuius uxoris fere totam miris cruciatibus interfecerat parentelam. Conradus Urspergensis pag. 233: anno domini millesimo 1198 Henricus Imperator obiit in Sicilia et in Ecclesia Panormitana magnifice est sepultus. ----- Multi asserabant, cum interisse ueneno, procurante uxore sua, pro eo, quod nepotes ipsius supplicii interfecerat, quod tamen non est uerosimile. Et qui cum ipso eo tempore erant familiarissimi, hoc inficiabantur. Audiui ego id ipsum a domino Chunrado, qui postmodum fuit Abbas Praemonstratensis et tunc in saeculari habitu constitutus in camera Imperatoris exiit familiarissimus. Auctor incertus fragmenti Historici in Collect. Vrbsiana Tom. I Part. II pag. 86: anno Dom. 1197 quum Imperator circa Augustum in quadam nemore, in quo fontes erant frigidissimi, uenationis delectaretur exercitio, in quo etiam maximus calor per diem et tale frigus, quod terram gelu et pruina constringeret, fuit per noctem, quadam nocte tactus frigore circa festum B. Sixti coepit infirmari. Quamobrem iussit se ad usque Messinam ciuitatem, quae duabus diaetis ab illo distabat loco, deferri: ubi diarrhoea infirmitate laborans et in bona confessione et cordis contritione pridie ante festum S. Michaelis de hoc saeculo migravit. Add. Habnuius l. c. pag. 19 et 35, 36. Struuius pag. 425, 426. Pfessin-*

Pacatorum commoda Principum
 Et subditorum limina rumpere
 Dextraeque leges occuparent
 Aut raperent aliena fraudes; *
 Qui, quod notandum praecipue uenit,
 Summo paterni moris et ingeni
 Feruore mirandoque semper
 Firmi animi studio uerustum
 Et Christianis Caesaribus datum
 Sanctisque et olim foederibus ratum
 Exercuisti ius sacrorum
 In uacuas dubiasque sedes
 Episcoporum riteque talium
 Auctoritatem nomine regio
 Inuestiendorum tenendam,
 Dum licuit, bene iudicasti; **

Qui non minori sceleris omine
 Ad proferendum Teutoniae decus
 Regniq[ue] Sacri dignitatem
 Armenio Cyprioque Regi,
 Diuine Princeps, auspiciis iuis
 Fulgentem honorem luceq[ue] regia
 Pulcram coronam tradidisti ***
 Quique etiam titulos Bohemo
 Regis nunes Ottocaro Duci
 Nomenque dignum Principe florido
 Sceptrumque donasti superbum ****
 Praetereaque manu benigna
 Fratri Philippo munera Tusciae
 Mathildianae donaque fulgida
 Sueui Ducatus consecrasti *****
 Nec minus Henricidae Leonis,

Cui

Pfessingerus in Vitriario illustr. pag. 193 Tom. I. Koeleri Diss. Genealog. de familia Augusta Staufensi p. 42, 43. Waldstromeri Orat. de Curia Norimbergae habitis p. 33.

- * *Gerhardus Stederburgensis de Henrici Leonis postremis rebus gestis pag. 861, 862: Henricus Rex (quum Henricus Leo ante tempus redisset) tanquam contra se ageretur, publicas inimicitias aduersus Ducem habuit et omnimodo destructioni et propulsioni eius intendit - - - - - Henricus Dux consilio Principum Moguntini uidelicet et Coloniensis Archiepiscoporum se subdidit et proposita sibi spe recuperandi pristini honoris Regi suam satisfactionem exhibuit, duos filios, Henricum uidelicet et Luderum obsides constituit. Arnoldus Lubecensis L. IV cap. III p. 685: Rex iuuenis audito reditu Ducis Henrici - - - - - indignatus est, quia, quasi despicens adolescentiam suam contra ius iurandum ante tempus redisset - - - - - Dux mediante Conrado Archi-Episcopo Moguntino et Philippo Coloniensi pro gratia Regis laborare coepit, qui praefigens ei curiam in Fulda in gratiam recepit - - - - - Ut autem ista pacis reformatio rata permaneret, filium eius Lugerum obsidem accepit. Chronica Augustensis pag. 363: Henricus - - - - - iustitia et ueritate - - - - - et sapientia et aliis uirtutibus pollens imperium suum suo breui tempore bene rexit - - - - - et multa alia bona ac memoria digna in imperio fecit. Pfessingerus l. c. Tom. I pag. 143. Koelerus l. c. pag. 196*
- ** *Godefridus Monachus ad Annum 1192 pag. 260: in octaua Epiphaniae curiam Wormaciae habuit; ubi electo Coloniensi iura Episcopatus sui duosque Ducatus concessit. Wirziburgensibus Episcopum praefecit. Alberto Leodiensi electo, ibidem ex sententia Episcoporum et Principum amoto, eo quod non canonicè intrasset, Lotharium Brunnensem praepositum substituit, quem ad audientiam Apostolici Albertus statim uocauit. Hahnus l. c. pag. 43 et Struuius pag. 424. Köhler in der Reichs-Historie pag. 197. Pfessingerus in Vitriario illustrato Tom. I pag. 144. Add. Aegidius aureae Vallis Monachus in Gestis Pontificum Leodiensium Cap. LIX, LX, LXV, XCI et Auctor Translationis S. Bernuuardi Hildesensis Episcopi cap. VIII et IX apud Leibnium Tom. I pag. 473 etc etc*
- *** *Arnoldus Lubecensis Libr. V cap. II pag. 705: Cancellarius Conradus - - - - - apud Cyprum adlittauit, Regem eiusdem insulae (Amalricum Guidonis fratrem) coronaturus diademate a Domino Imperatore transmissio - - - - - Arnoldus Lubecensis Libr. V cap. V pag. 710: Moguntinus - - - - - erat in Armenia constitutus pro coronando Rege eiusdem terrae - - - - - ipsum Regem diademate imposito ad titulum Romani imperii coronauit. Hahnus pag. 41. Struuius pag. 424. Koelerus p. 198. Pfessingerus p. 192.*
- **** *Conradus Vrspergensis p. 233: Philippus frater Henrici relictiis partibus Italiae transiit in Alemaniā cum uxore sua ponens eam in castro Suauinhusen. Tunc etiam de mandato Imperatoris regum diadema imposuit Regi Boemorum Otakerō.*
- ***** *Otto de S. Blasio p. 222: anno 1196 Henricus, mortuō fratre Conrado, Philippo fratri suo, qui*

in

Cui nupsit Agnes splendida sanguinis
 Conradiani filia, lucidum
 Sacri Palatii decorum
 Egregiumque locum dedisti; *
 Qui, quum uideres Teutoniam piam
 Ex eligendo Caesare saepius
 Labare, regno destinasti
 Iungere Siciliam Latino,
 Si spes fuissent, imperii tuis
 Haereditatem cedere posteris; **
 Qui multa demum largitatis
 Eximiaque benignitatis
 Et liberalis pectoris ac manus
 Momenta passim nomine publico
 Testata fecisti per orbem
 Vel statuis potiora centum. ***

O sempiterno lumine gloriose
 Mahtante Caesar, qui meritis tuis
 Regni Latini dignitatem
 In rutilum decus extulisti!
 Quas ergo tandem Noris amabilis,
 Quum se tuorum pignore munerum
 Auctam redonataque uidit,
 Quas animi probitate grati
 Laudes honorum nominibus tuis
 In sanctitatem perpetuam ferat:
 Qui Noribergam Cuiatam
 Obsequi pietate claram
 Valtus sereni numine regio
 Blandaeque amoeno sidere gratiae
 Praesentiaque splendorum
 Conspicua Procerum beasti; ****

B 3

Qui

in Sicilia interim cum eo manebat, - - - ducatum Alemanniae concessit. *Conradus Vrster-
 genensis p. 232* : Henricus Philippo fratri tradidit A. 1195 dominium totius Fusciae et terram do-
 minae Mathildae - - - Tunc imperator ducatum Sueviae contulit Philippo fratri. *Struuus*
p. 424. Koeler p. 196. Pfeffingerus l. c. 592.

* *Gerhardus Siederburgenfis p. 866* : Filius Ducis (Henrici Leonis) beneficiis Palatini, quae ab Impera-
 tore tenuit, solenniter est uestitus. *Arnoldus Lubecensis Libr. IV cap. XX p. 698* : Filius Ducis
 (Henricus Longus) filiam Palatini (Conradi) de Rheno sortitus est uxorem (Agnetem) - - -
 omnem dignitatem socii sui de manu Imperatoris suscepit iure beneficii. *Hahn p. 26. Struuus*
p. 424. Pfeffingerus p. 591 et 955. Koeler p. 196. Eckards Erklärung des alten Rheinodiens
Käpflein in dem Cabinet Herrn S. W. Ebners von Eschenbach 2c 2c Triumviri Cinit. Nor-
rimbergenfs.

** *Cronicon Magnum Belgicum p. 205* : Imperator Henricus uicens, regnum Alemanniae et imperium Ro-
 manorum propter frequentes mutationes Imperatorum multa mala perpeffum, prius quam uota
 principum in persona Imperatoris possent conuenire, ordinauit, ut amplius electio non fieret
 sed per solam sanguinis successorem imperium conferretur - - - *Conf. Hahnus l. c. p. 39.*
Struuus l. c. p. 424. Koelerus l. c. p. 195. Pfeffingerus in Vitriario illustrato Tom. I p. 66, 67, 592, 593.
 Idem Caesar legem instituit apud Teutones, ut militiae successione iure deuoluerentur ad proximiores co-
 gnationis gradus, quum antea magis penderent ex principis gratia. *Conf. Hahnus l. c. p. 39. Koelerus*
p. 195. Struuus l. c. p. 424. Pfeffingerus in Vitriario Tom. I p. 66, 67. Ille etiam ipse Ordinem Equi-
tum Teutonorum confirmauit primunqae Magistrum Ordinis constituit Henricum Walpott. Conf. Koeler-
us l. c. p. 198. Hahnus l. c. p. 44. Pfeffingerus in Vitriario Tom. II p. 922. Huc etiam pertinere ui-
dentur uariae ipsius coronationes, Aquisgranensis, daae Mediolanenses, Romana, Panormitana. Conf.
C. G. Schuarzii Dissert. de Henrici VI ignominiosa coronatione p. 14. Hahnus l. c. p. 38.

*** *Multa Henrici VI privilegia uidere licet in Vghelli Italia Sacra Venetiis fol. 1717 edita per omnes fere To-*
mos. Add. Regesta chronologico-diplomatica P. Georgisib p. 706. Miraeus et Ludenwigis locc. supra cit.

**** *Godefridus Monachus ad Ann. 1190* : in Pentecoste Rex curiam apud Nuringerc habuit, ubi Ar-
 chiepiscopum Coloniensem curtes omnes ab eo quondam inuadiatas absoluit, telonia quaedam et
 monetas concessit. *Conf. Singularia Norimbergensia p. 459. Historia Diplomatica Norimbergensis ad*
Ann. 1249 Sect. III p. 114. Waldstromeri Oratio de Curia Norimbergae habitis p. 31. Sagittarius in
Historia Norimbergae Cap. V §. 8. Annales Mullneriani ad Henricum VI. Quae Lazius Libr. VIII de
gentium migrat. p. 532 et Meisterlinus in Chronico suo Tom. II X. Reliqu. MSC. Ludenwigii p. 56. narrat,
forfan ad hunc annum aus ad annum 1197 referri possunt.

Qui, quod supremæ laudis adorea
 Dignum est perenni, Noridos optimaæ
 Famam per omnes cultioris
 Teutoniam populos remoto
 Daturus ævo, palleat inuidus
 Ringatque Momus, rumpat et ilia,
 Ludos equestres et paternæ
 Militiæ veterem palæstram

Interque pugnas fulgida ludicri
 Spectacula belli, fortis ut Hercules,
 Testante Ruxnero, * sub altæ
 Moenia Noridos ordinasti?
 Sed ecce quantus sese oculis meis
 Iam iam uirorum pectore sortium
 Dextraque firma præditorum
 Herculeæque nigore famæ

Robust.

- * Georgius Ruxnerus librum edidit Germanicum de Hastiudis sollempnibus in Germania celebratis. Prima omnium editio, quæ rara est et in Bibliotheca EBNERIANA profat, facta est anno 1530 cum priuilegio Cæsareo in oppido Simmern sol. impensis Hieron. Rodleri Secretarii Simmerensis, altera facta est eodem in loco eodemque anno sol; tertia prodit ibidem A. 1532; quarta prouenit cum auctario Francofurti anno 1566 per ineluctum huius urbis ciuem et bibliopolam Sigism. Feirabend, quæ se distinguit a prioribus aliis iconis sollempnia torneamentorum repræsentantibus. In eadem omnia est præfatio Simmerensis editionis; quinta A. 1576. Profat etiam Ruxneri liber in Burgermeisteri P. II Bibliothecæ Equestris. Latine uertit Fr. Modius T. II Pandect. Triumphal. Quod ad uaria Scriptorum iudicia de Ruxneri fide pertinet, omnem ei fidem denegat Struuus de doctis impostoribus pag. 71, conf. Struuus Corpus Hist. German. pag. 224. Riccius in Landfässigem Adel pag. 513. Grauer cum trallant Brunner in Annal. Boicis Part. II L. VII ad A. 934 pag. 425, 427. Hund. in Præfatione des Bayerischen Stamm- u. Buches, Hoppenrod in seinem Stammbuch pag. 91, Stumpf in der Schweizer Chronik Libr. V pag. 416, Spangenberg in der Semmenbergischen Historie, Goldastus in Reichs- u. Saazungen, Sagittarius in der Hist. der Grafen von Gleichen, in der Historie von Nürnberg, Meibomius ad Chronicon Lerbecense Comitum Schauenburgicorum pag. 38, Meibomius ad Witichindi Chronicon Corbeiense, Annales Mulleriani, conf. Cramerus de iuribus et prærogatiuis Nobilitatis auitæ Tom. I pag. 49, 83, 335, 467, Praun in Adelschen Europa, Ditericus in Diss. de Henrico Aucupe, Boeclerus in Notitia S. R. Imperii, L. XII c. 7, Glasfy in Hist. Germ. Polem. p. 103, Gundling in Henrico Aucupe, Koelers in Histor. Wolfstein pag. 282. Cramerus in commentar. de iuribus Nobilitatis auitæ Tom. I pag. 49 et 335 allegat etiam Dom. ab Adler Libr. II Iurisprud. tit. XXVI n. 106 itemque Limnæum Libr. VI Iur. Publ. Cap. V n. 15 et Auctorem deductionis pro iure braxandi Nobilitatis Lauenburgicæ p. 21 et 10. Christ. Neuin Access. ad Degorci Whear Releß. de rat. legend. Hist. P. II Tubing. 1708 Wilhelmum Goebelum de Statu nobilitatis Germanicæ §. III. Ruxnero præterea non omnem fidem denegant Sebubartus de Ludis equestribus p. 50, 51, Reinsius in Ep. I ad Vorfium, Cramerus l. c. pag. 50, Falkenscinus in Antiquit. Nordg. P. II p. 19. Denique Ruxnero assensum præbent Speidelius sub uoce Turnier, Balbinus in Bohemia, Munsterus in Cosmographia, Franciscus Modius in Tom. II Pandect. Triumphal. Libr. I p. 5, Mart. Crusius Libr. IV Annal. Sueuicæ P. II Cap. I, Simon Maiolus Part. II Dier. Canic. I. E. Zschaekwitz in Heraldica pag. 37. Paul. Hachenbergius Dissert. VI German. Med. §. 3 et alios quos Cramerus l. c. p. 335 allegat. Add. Pfeßingerus in Vitruar. T. I p. 490. Non meum quidem esse, Ruxneri auctoris aтем manibus pedibusque defendere: sed tamen Ruxnerum aliquo modo excusare tentabo. Primum, quod obiicitur, hoc est, Ruxnerum concremasset librum antiquum, ex quo desumeret sua. At respondeo, Ruxnerum non concremasset librum sed possessorem libri Io. Kirchbergerum, neque etiam petiisse Ruxnerum, ut concremaretur sed tantum hoc optasse, ut nulli alii concederetur usus, ne suo per alterius recedentis fraudem commodo destitueretur, inde uero commotum esse Kirchbergerum, ut librum præfente Ruxnero concremaret. Secundum est, quod obiicitur, nullam mentionem fieri ludorum a Ruxnero descriptorum in aliis Scriptoribus fide dignis. Sed respondeo, silentium scriptorum non alterius fidei noxiu esse debere, porro etiam, multas easque leuissimas res interdum fusissime describi in chronicis, interdum res grauissimas parcellissime attingi, item, hastiludia non lubenter a Monachis memorata fuisse, propter caedes ibi factas, dum ab Episcopis sæpius utabatur. Tertium est, quod obiicitur, familias allegasse nondum natas, ut iisdem blandiretur. Sed respondeo, nondum eo peruenisse studium historicum, ut omnes parentem familiarum mutationes, inprimis uero, si Patriciis Nortbergenibus blandiri uoluerit, cur unam alteramque gentem ex Patriciatu, quæ suo tempore floruit, omisit et alias nominauit, quæ

Robusta secum tela gerentium
 Ferrumque fulgens expedientium
 Splendor nitorque lucis instar
 Sidereae rutilaeque sistris?
 Iam iam sonoro murmure cornuum
 Stringuntur aures: iam liui strepunt;
 Iam fulgor armorum superbos
 Ornat equos equitumque uultus,
 Videre magnos iam uideor uiros
 Non indecoro puluere sordidos
 Pulcraque lorica nitentes
 Et clypeo galeaque comtos.
 Quid ergo cerno? Forsan Olympicam
 Solemnitatem nominis inclui,
 Quae laeta Graecorum iuuentus
 Fortiter egregieque miras
 Ante ora Patrum nobilis ingeni
 Vires et apti roboris corporis
 Exercitata praebuerit
 Dignaue munera praemiorum
 Palmaeque honores cursibus aut rotis
 Per longa metae limina seruidis
 Discoue luctandiuue nisu
 Aut ualido meruere caestu? *

Forsanne Circi splendida maximi
 Portenta cerno, quis Latium feroc
 Romaeque Martiae togatus
 Cuius ubique superbiebat
 Motusque firmi pectoris arduos
 Cultamque promi corporis indolem
 Dextramque rite praeparatam
 Fortibus ausibus exhibebat
 Laurumque honoram, praecipuum decus
 Aut uelitantis militis aut equi
 Naualiumue praeliorum
 Lusibus aut pugilum labore
 Illuque caestus aut studio grati
 Venationis, curriculo aut cito
 Troiaeque conflictu iocoso
 Concupiebat et ambebat? **
 Videre possum, plaudite Teutones!
 Ludum paterni moris et ingeni,
 Illustre nomen et nitorem
 Nobilitatis equestris altum,
 Ludum iuuentae Teutonicae decus,
 Quod Torneamen claruit et suos ***
 Desumpsit ortus a Latinis
 Inque truces ueniens Gothones

Er

quae tunc temporis deserunt? *Quartum est sigillatim, quod obicitur, hastiludium Norimbergense non A. 1198 potuisse haberi, quia Henricus VI iam mortuus esset. Sed in editione Simmerensi ab A. 1130 inter alia errata legitur, A. 1197 pro A. 1198 scribendum esse. Quid? quod in editione A. 1532 fol. XCIV annus 1197 expresse legitur. Conf. Schubartus de Ludis Equestribus pag. 50-52. Singular. Norimbergens. pag. 464 etc. Waldstromeri Orat. de Curia Norimbergae habitis pag. 32. Add. G. D. Io. Christ. Volkameri de Kirchenstättelach Orat. MSC de Ludis Equestribus Norimbergae celebratis.*

* *conf. Schubartus de Ludis Equestribus pag. 19-25. Virgilius Libr. V Aeneid. vers. 51-605. Allgemeines Historisches Lexicon sub uoce Olympische Spiele. Add. omnino Petri Fabri Opus de re athletica Vol. VIII Thesauri Graecarum Antiquitatum Gronouiani pag. 1756: ubi pag. 1810 ex Pindaro discimus, uictoriam manibus, pedibus, curribus, b. e. cursu, lucta, pugilatu, curru, iaculo, disco quaesitam fuisse. Conf. Hieron. Mercurialis de Arte Gymnast. Libr. VI*

** *conf. Onuphrius Panuinius de Ludis Circensibus pag. 1. Thesauri Graeciani Antiquitat. Roman. Tom. IX itemque eiusdem Tom. p. 576 Bulengerus de Circo Romano Ludibus Circensibus. Ex Onuphrio Panuini citare lubet uerba, quae p. 33 leguntur: in Circo maximo multa spectaculorum genera fieri ab antiquis confueuisse, ueterum annalium commentaria perscrutanti manifestum erit. Quae mihi ea accurate ex iisdem monumentis contemplanti et disquirenti octo sese obtulerunt; praecipuum et primum cursus siue certamen curule et equestre, gymnium uel athleticum, pompa, ludus Troiae, uenationes, pugnae equestres et pedestres, naumachia et aliquanto ludi scenici. Conf. Hier. Mercurialis iam citat.*

*** *Uocem Torneamenti deriuant nonnulli a Troianis, quasi dicantur Troiaementum. Alii desumunt a uocabulo tyrociniuum, quod exercitium militare significauit, quasi factum esset ex tyrocinio tyronium, Tyroney, Torney, torneamentum. Alii deaunt a Gallico uocabulo torner circumagere. Schubartus de Ludis equestribus p. 33, Struuius in Corpore Hist. German. p. 224. Hahn in der Reichs Historie II Theil p. 38. Cramerus de iuribus Nobilitatis auitae p. 338.*

Et Longobardos militia feros
 Gallosque pergens Italiae graues
 Processit Henricoque primo
 Teutoniae uegeto Statore *
 Inter bonorum gaudia militum
 Per ciuitates uadique patrias
 Summo iuuentutis uigore
 Floruit eniuitque longe,
 Ludum micantem nomine splendido
 Videre possum; quo patrii uiri
 Hastam gerebant lancearum
 Herculeamque grauemque clauam
 Ferrique lati maxima pondera,
 Dum se tegebant Palladis aegide
 Firmaque lorica comaque
 Cassidis et galeae decentis. **
 Talem uidebat Norica Cuitas
 Ludum uirorum nobilium decus,

Quem Caesar Henricus uocatis
 Principibus dedit institutum
 Pugnamque iussit cadere nobilem,
 Qua tela telis ac manibus manus
 Clauaque clauis, iussu infinis
 Arma utriusque uiris et armis
 Componerentur legitimo modo
 Ac militantes pectoris ardui
 Momenta praerberent uidentia
 Atque manus ualidas probarent. ***
 Sic ego dicti tempore luminis
 Heroum abundans copia principum
 Virumque florentissimorum
 Vndique confociata uenit. ****
 Venere fortes imperii Duces
 Magnique claro nomine Principes:
 Venere fulgentes auro
 Egregio Comites honore;

Hinc

- * *conf. Schubartus de Ludis equestribus Cap. II p. 35 etc. Allgemeines Historisches Lexicon sub uoce Turnier, Paulli Hachenbergi German. Med. Dissert. VI p. 134. Zahn in der Reichs: Historie II Theil p. 37, 38, Struuius in Corpore Historiae German. p. 224. Pfessingerus in Vitruuio illustrato Tom. I p. 491. Kirck in Diss. de eo, quod iustum est circa galeam p. 4. Cramerus de iuribus et praerogatiuis Nobilitatis auitae p. 336 etc. Joann. Paulus Kresius in Diss. de priuilegiis agriculturae apud Germanos Cap. II §. 17. Matthaeus Paris in Historia Maiori pag. 95 et p. 124. Singularia Norimbergensium Cap. II §. 17. Scriptores, qui de ludis equestribus egerunt, citantur in Hilderbeck's Teutschen Reichsstaate p. 1231. Georg. Wilhelm L. B. de Clofen Oratio de Equitibus Germanorum ueteribus, Riccius in Landsässische equestr. Georg. Wilhelm L. B. de Clofen Oratio de Equitibus Germanorum ueteribus, Riccius in Landsässische equestr. Georg. Wilhelm L. B. de Clofen Oratio de Equitibus Germanorum ueteribus, Riccius in Landsässische equestr. Georg. Wilhelm L. B. de Clofen Oratio de Equitibus Germanorum ueteribus, Riccius in Landsässische equestr. Georg. Wilhelm L. B. de Clofen Oratio de Equitibus Germanorum ueteribus, Riccius in Landsässische equestr.*
- ** *conf. Schubartus de Ludis equestribus agit p. 67 de lancea. Add. Script. Germ. Tom. II ex Bibl. Marquard. Freheri p. 317. De claua agit Schubartus l. c. p. 61; de gladio p. 63; de scuto, galea et thorace, quibus communicabatur eques, p. 72 agit.*
- *** *discrimen est inter torneamentum et hastiludium: torneamentum uocatur ludus solennior et instructior, das Turnier; hastiludium dicitur minus solennis ludus, in quo lanceis tantum pugnabatur, et uocatur das Gefellen: Stechen; ipsi etiam pugnantes in hastiludio dicuntur in hohen Zeuge stehen. Sedamen hastiludia perumque torneamenti immiscebantur. Conf. Schubartus de Ludis Equestribus p. 67. 61. Sic Ruxnerus in editione Simmerensi ad A. 1530 scribit fol. CXLII, wie der Turnier gehalten war; deinde fol. CXLV, hernady folgt das Gesteck in hohen Zeugen.*
- **** *Ruxnerus scribit fol. CLXXIII: Henricus Imperator ludos equestres tribus de causis Normibergae celebrari uoluisset dicitur: quarum prima esset, quia decreuerat ualedicere imperio, eo ad tempus excessurus, componendorum haereditariorum regnorum causa, quae multis nominibus praesentem ipsius dudum requirebant; secunda, quod Principes quosdam Germanicos, qui contra Patiam ipsius Fridericum arma gessissent et ipsi nondum essent reconciliati, beneuolentia et humanitate ad officium suum reducere cupiebat; tertia, quod Norimbergenses superiori plusquam citi uili bello inter patrem ac filium longissimo tempore grauissima dama acceperant bonorum fluctuantem iacturam magna ex parte fecerant, quare merito digni uiderentur, quibus rem familiarem fluctuantem stabiliendi et confirmandi occasio obijceretur. His igitur rationibus impulsus Imperator ludos solennes indixit in diem dominicum post purificationis festum A. 1530 cxcviii. Conuen-*

Hinc post Baronum, post Equitum manum
Virtutis alto lumine splendidam
Venere longo fulgurantes
Agmine Nobilium cateruæ. *
Tunc ergo postquam lumina gentium
Fortissimarum nomine cassidum

Insignibusque se probarunt:
In duo praelia diuidebat
Se dimicantium copia militum
Et instituto gymnadis ordine **
Modoque per campum patentem
Gnauiter expediebat arma,

C

Ferue-

runt autem Norimbergæ præter Caesarem XII Principes, XXIX Comites, XII Barones, LXVIII Equites et CCCXCVII Nobiles. *Add. Franciscus Modius in Pandectis Triumphalibus Tom. II Libr. I fol. 63 et 66. Historische Nachricht von Nürnberg pag. 28. Annales Mullneriani jub Henrico VI. Singularia Norimbergensia p. 463.*

* *Ruxnerus inter Principes numerat Henricum Ducem Saxoniae et Bavariae cognomento Superbum. At quum confet, Henricum Superbum A. 1139 eiusque filium Henricum Leonem A. 1197 obiisse (conf. Pfeffinger in Vitriario illustrato Tom. II pag. 144 et 186); contra uero patet, Habi in der Reichs Historie IV Theil p. 26, Pfeffinger l. c. T. I 955, T. II, 187 Henricum Longum Henrici Leonis filium tunc temporis in aula Caesaris uersatum fuisse: nemo alius nisi Henricus Longus sub Duce Saxoniae et Bavariae intelligendus est; quia Henricus Longus titulum Ducis Saxonici perpetuo gessit, ut Pfeffingerus l. c. Tom. II pag. 187 testatur, forsitan etiam ab auo nomen Superbi accepit. Porro memoratur a Ruxnero inter Principes Ludouicus Dux Bavariae. Quum igitur post Henrici Leonis proscriptionem Otto de Wittelsbach Ducatum Bavariae obtineret eiusque unicus filius Ludouicus A. 1183 consequeretur eundem Ducatum (conf. Pfeffingerus l. c. T. I pag. 561): facile patet, Ludouicum Bavariae Ducem ludo huic interesse potuisse. Praeterea inter Principes occurrunt Hermannus Landgrauus Thuringiae, qui fratris Ludouici Pii A. 1191 haereditatem adit (conf. Pfeffingerus l. c. Tom. II pag. 233. *Add. Allgemeines Historisches Lexicon sub Hermanno I. Landgraf in Thüringen. Sing. Norimb. p. 482.*); Conradus Margrauius Lusatae et Comes Rochlissiae, qui A. 1210 improlis decessit (conf. Pfeffingerus l. c. Tom. II pag. 664 n. 5); Bertholdus Dux Meraniae, qui Bertholdi primi Ducis Meraniae filius aut, ut alii putant, primus Dux Meraniae fuit et A. 1204 fato cessit (conf. Pfeffingerus l. c. Tom. II p. 710 et 711. *Add. Allgemeines Historisch. Lexicon sub uoce Meran. Koeleri Diss. de Ducibus Meraniae pag. 28. Singular. Norimb. pag. 472*); Poppo, Comes et Dominus Hennenbergensis, qui cum fratre suo communem habebat subditorum gubernandorum rationem (conf. Allgemeines Histor. Lexicon sub titulo Hennenberg. Pfeffingerus Tom II pag. 712. *Singul. Norimberg. pag. 472*). Inter Comites referuntur Berthold Comes Hochenbogensis, qui diuitiis abundabat filiumque unicum Albertum relinquebat (conf. Singularia Norimbergensia pag. 470, 476); Bertholdus Comes Vohburgensis et Margrauius de Cham, Aegra et Neumarck, qui sine liberis decessit possessionesque suas Virico Comiti et Domino de Stein ad Nordgauium reliquit (conf. Sing. Norimb. pag. 470, 477. *Add. Allgemeines Historisches Lexicon sub titulo Vohburg*). Iam uero quum ille improlis ex hac uita discesserit: bona Vohburgensia deuoluebantur ad Ducem Ludouicum Bavariae; Hilpoltsteinum autem deuenit ad Comites de Abendsberg et post defunctum Comitum de Abendsberg ad Comites Roteneccios, qui posthaec Comites de Roteneck, Rauteck, Abendsberg et Hilpoltstein uocabantur (conf. Singul. Norimberg. pag. 470) Porro notandus est inter Comites Gebhardus Comes de Hirsberg et Dalenlein, qui Ecclesiae Eistetenensis Aduocatus Testisque A. 1193 reperitur (conf. Singularia Norimb. pag. 470 et 475); Albertus Comes de Wertheim, cuius maiores in diuersis iam torneamentis inclauerunt (conf. Singul. Norimberg. pag. 478). Inter Barones recensentur Barones de Cammerstein et Grundlach, qui in antiqua Caesaris Imperique Aduocacia Provinciali huius loci iam innotuerunt (conf. Singul. Norimberg. p. 471); Barones de Brauneck, qui in arce imperiali Norimbergensi custodiam portae cum Burgrauis et Fisehbachis habuerunt (conf. Singul. Norimberg pag. 471); Barones de Heideck, qui diuitiis opibusque pollebant summorumque gentium familiaribus coniungebantur (conf. Singul. Norimberg. p. 475). Ceterum, quae de Equitibus Nobilibusque sparsim notanda uidentur, deprehendes in Singul. Norimberg. pag. 471 et 473 etc. *Add. Wigulei Hundii Bayerisches Stammen Buch I und II Theil. Ambosi Notitia Proceraum A. 1732 publicat, quae omnino conferri meretur.**

** *Senatus Norimbergensis duodecim Patricios adiunxit Moderatoribus ludi, ut praefo essent easque omni ubique in negotio sublearent. Patriciorum autem nomina haec sunt: Fridericus Hallerus, Praefectus rei milita-*

Feruebat auctis pectoribus uigor,
 Quem concitabat gloria laureae
 Tandemque finito duello
 In placidam rediere pacem *
 Commilitones moreque debito
 Post distribui praemia muneri **
 Ad prandium uenere laetum
 Seque hilari recreare lusu. ***
 Quid inde factum est? Noridos optimaes
 Patres bonorum nomine ciuium,
 Vt signa Caesari benigno
 Grati animi pia comprobarent,
 Festum parabant nobilibus uiris
 Conuiuiorum munere splendidum
 Praeterque laetos apparatus
 Deliciasque frequentiores
 Ludum instruebant militiae letis
 Inter iuuentam nobilis ordinis,

Quo tres per artem singularem
 Patricii generis nepotes
 Hallerus acri pectoris impetu
 Et Holzschuerus uiribus eminent
 Potensque certandi Tucherus
 Egregiam meruere laudem. ****
 Post illa tandem fulgida ludici
 Spectacula belli; quum numerus frequens
 Ab urbe cedens Noricorum
 In patriam reditum pararet
 Caesarque sese cingeret in uiam:
 Quor ex iuuenta Patricia uiri
 Martesque fortes strenuque
 Praesidiis equitum suorum
 Instructi et aucti militia graui
 Inter uirorum nobilium gregem
 Vitam leguntur munisse
 Caesaris egregie merentis? *****

EM

militaris urbanae, Guilielmus Kolerus, Curator siluarum, Sebaldu Waldstromerus, Magister uenatorum, Bilgramus Eibius, Ioannus Ebnerus, Ernestus Grundherrus, Hildebrandus Hallerus, Laurentius Holzschuerus, Nicolaus Pfinzingius, Sebaldu Volkheimerus, Henricus Muffelius, Wolfgangus Tucherus. Hi duodecim a Senatu iussi sunt ad nutum Moderatorum ludi omnia et singula facere inprimisque ERNESTVS GRVNDHERRVS (qui eo tempore Architectonicae Urbis Norimbergensis praesidebat seu Aedilis Curulis erat) mandatum acceperat, ut quae ad sepimentorum theatrorumque rationes pertinerent, e uestigio fieri per suos curaret. *conf. Ruxnerus l. c. f. CLXXV et Modius l. c. f. 64.*

- * Die Martis Mercuriique solennes saltac sunt decursiones. *Conf. Ruxnerus l. c. fol. CLXXXI.* Solenni-
 bus decursionibus confectis illi sese campo immiscuerunt, qui ad diem Iouis singulari decurrendi genere oble-
 scimento spectantibus esse decreuerant, uti sese equosque pro ludendo praetentarent. *Sed horum ludorum*
celebritatem fortuna inuidebat populo: quod eodem Iouis die, quum Imperator Procerum concilium indixisset,
repente tantus tumultus exortus est, ut res in seditionem exarderet. Sed quum Henricus Saxoniae et Baua-
riae Dux portis se effudisset: pacata fuerunt omnia. Modius l. c. fol. 66.
- ** Praemium aut huius aut alius certaminis consecutus legitur in chartis Sinchingae a Wiguleo Hundio uisus Die-
 tericus Stauffus Eques ac Dominus in Erenfels, qui ludum solennem Ratisbonam indixit anno saeculi decimi
 tertii aut quinti quadagesimo secundo. *Conf. Wigulei Hunanii Bayrisches Stamm: Budy II Theil*
sub Tir. Stauff. Add. Oratio iam citata MSC. de Ludis Equest. Norimbergae habitis
- *** *conf. Ruxner l. c. fol. CLXXXII et Modius l. c. fol. 66.*
- **** Senatus Populusque Norimbergensis festa conuiuia apparatusque splendidissimos in diem dominicum proxi-
 mum indixit, inuitatis omnibus et singulis Principibus Comitibusque et Nobilibus. Statuta igitur prandii
 hora mensae uariis delicatissimorum ciborum generibus uinorumque generosissimorum poculis instruebantur.
 Remotis mensis ad ludicras decursiones leuioribus armis instructi campo se immiscuerunt: ubi iam bonam ope-
 ram praestiterunt Patricii Norimbergensis inprimisque Georgius Hallerus, Sigismundus Tucherus et
 Ioannes Holzschuerus, ut Imperatoris ore laudari mererentur. *Ruxnerus fol. 185 et Modius fol.*
 67 &c &c
- ***** Coena finita quum Imperator conuiuio omnibus ualedixisset, in somnos iturus, uocatis ad se Consulibus
 et primariis quibusdam Senatoribus declarauit, sese iam, quum quidam Principes per malam cona-
 tiam discesserint aliique etiam nonnulli exulceratis in imperio animis sint, contra quorum cona-
 tus,

En a fuerunt tunc quater ex decem
 Urbis paternae gentibus incluis
 Fameaque maiorum decoris
 Stemmatis Comites parati,
 Qui cum quaterna centum equitum manu
 Hallero equestris militiae duce,
 Grundherrio Pfinzingioque
 Praesidibus bene destinatis,
 Splendoris inter lumina flammæ
 Summosque plausus summaque gaudia
 Ad Donauertham civitatem
 Caesaris adstiterant cateruis! *
 Vi tanta tantæ nomina gloriae
 Ad posteriorum saecula temporum
 Aeternitati consecrentur,
 Nonne pia memorem Camena **

Halleriani sanguinis indolem,
 Grundherrianae gentis adorem
 Stirpemque Waldstromerianam
 Firmaque pectora Volkemeros,
 Fortes Tucheros, Muffelios graues
 Virosque acutis ingenis catos
 Ebnerios Tezeliosque
 Egregiosque animo Behaimos
 Et Holzschueros pectore nobiles.
 Quid Kressiorum progeniem loquar
 Virtute splendentem sagata
 Stromeriosque viros sagaces
 Ac caeterarum stemmata gentium,
 Quae deserunt nominibus quidem
 Sed ad perennitatis acuum
 Muneribus meritisque florent? ***

C 2

O ergo

tus, si quid forte moliantur, non satis prouisum sibi sit, ut qui paruo comitatu ad ludicra certamina uenerit neque satis instructo ab animis et armis, si uis inferatur et manus seria pugna postulet, maiore exercitus parte ad Donauertam relicta, petere praesidii causa, uti Norimbergenses, quam plurimos possent, equites urbanos ad Palatinos suos adderent, quibus cum tutius, quo destinasset, peruenire posset; id quod Consules Norimbergenses per se potissimum facturos esse sponderunt et re ipsa praesiterunt. Ruxnerus fol. 189 et Modius fol. 68.

* Quum Imperator uiam ingredi uellet, qui tum non ultra quadringentos equites de suis comites et stipatores habebat: affuerunt primum quinque Principes, qui officii causa Caesarem Donauertam usque prosequi promiserant, Ludouicus Dux Bauariae cum centenis octuaginta equis, Lutzelmanus Dux Teccensis cum octuaginta sex equis, Ludolphus Marchio Badenensis cum centum et uiginti equis, Henricus Marchio Rumsbergensis cum equis sexaginta quinque, Wernerus Marchio Hochbergensis cum equis sexaginta quatuor. Quos inde Norimbergenses sequebantur cum equis quadringentis, nullo inter eos mercenario sed unoquoque de Patriciis (qui eo tempore non negociabantur sed de redditibus suis annuis et fructibus rusticorum praediorum fundorumque uitam tuebantur ideoque etiam nobilitati per omnia dignitate aequabantur) tot Imperatori equites adducente, quot pro re sua satis esse iudicaret. Magister autem equitum eorum omnium Norimbergensium erat Guilielmus Haller Senior, qui optionem seu legatum habebat Willbaldum Grundherrum, Andrea Goit (rectius Geuschmid) cognomento Pfinzingio rem numariam administrante. Quibus uniuersis ita paratis uehementer laetus Imperator et inprimis de Norimbergensium erga se studio gaudens cum ad modum mille quingentis equitibus Donauertham peruenit; ubi copiarum suarum partem multo maximam habebat. Ruxnerus fol. 189 et Modius fol. 68.

** Familiae autem Patriciae, quae tum Caesarem Maiestatem deluxerunt, haec fuerunt: Halleri cum 19 equis, Waldstromeri cum 16 equis, Vorchtelii cum 13 equis, Grundherrii cum 13 equis, Bilgrami ab Eibe cum 11 equis, Volkheymeri cum 13 equis, Koleri cum 9 equis, Rieteri cum 10 equis, Ruzenii cum 15 equis, Muffelii cum 14 equis, Nortueini cum 8 equis, Mendelii cum 10 equis, Ebneri cum 8 equis, Zenneri cum 6 equis, Syguueini cum 11 equis, Tucherii cum 14 equis, Tezelii cum 9 equis, Gruberi cum 14 equis, Schurftabii cum 11 equis, Schuzenii cum 9 equis, Sachsenii cum 7 equis, Meuerlini cum 9 equis, Holzschueri cum 12 equis, Grossii cum 10 equis, Eschenloerrii cum 8 equis, Kressii cum 9 equis, Steinlingeri cum 12 equis, Behheimii cum 9 equis, Lemleinii cum 6 equis, Reinspergeri cum 12 equis, Amonii cum 6 equis, Eifen-uangeri cum 10 equis, Chunherrii cum 8 equis, Eluuangeri cum 6 equis, Brunsterrii cum 7 equis, Schleuizerii cum 4 equis, Keipperi cum 8 equis, Drachtenii cum 6 equis, Ingramii cum 3 equis, Stromerii cum 18 equis.

*** Ob assiduam et bonam gentium Patriciarum operam, quam Caesareae Maiestati magna dexteritate commo-

darunt,

O ergo felix numine prospero
 Et auspiciato sidere Cuius
 Parensque Noris ter beata
 Teutoniaeque decora proles,
 Quae iam uetusto nomine Norico
 Circa Tiberi tempora Caesaris
 In orbe passim cultiori
 Non male crederis extrisise
 Illincque multis uiribus eminens
 Per subsequendum saecula temporum
 Fauore Caesarum bonorum
 Eximio bene floruisi
 Fatisque tandem post nimium grauem
 Casum et ruinae laeta micantibus
 Ad ampliorem dignitatem
 Egregium caput extulisti
 Miraeque sortis lumine fulgido
 Henricianae numine gratiae
 Maiora faustitatis auctae
 Culmina continuasse gaudes!

Salue ergo salue, mater amabilis,
 Quae tot uirorum pectora fortium
 Prudentiumque tot Catonum
 Scipiadamque seseriorum,
 Quae tot Camillos, tot Curios graues,
 Tot providentes Nestores senes
 In spem beatitatis almae
 Semper et hac tenuis educaisti!
 Perge auspiciato, quod pietas nouet,
 Inter piovum gaudia ciuium
 Ad sera fortium nepotum
 Saecula prosperitatis usu
 Claroque magni lumine nominis
 Et cultiorum laudibus artium
 Famaque uirtutum superba
 Cresce tū memores per annos
 Interque matres nobilis imperi,
 Dum Sol serenis fulget honoribus,
 Dum Luna fratris ore splendet,
 Cresce uigore perenniori!

darunt, eas demum singulari gratia affectit ita, ut omnes ex talibus familiis, qui, ut haecenus fecissent, negotiatione et mercatura se abstinerent, caeteris in imperio nobilibus, qui fere in agris et arcibus degunt, aequentur, potestate permilla solennibus et indictis ludis per imperium decurrendi omniaque ea, siue ioco siue serio, faciendi, quae a stirpe nobiles facere permittuntur. Ruxnerus fol. 190 et 191. Modius fol. 68. Litterae quidem publicae ab Imperatore Patriciis Norimbergensibus secundum Ruxnerum datae non extant apud nos, licet tales se possidere affirmet illuistr. Ludouigiuis: sed tamen ex aliis rerum antiquissimarum testimoniis documentisque constat, iam ante Henrici VI Imperatoris tempora multas inter nos adhuc uigentes nobilissimarum gentium stirpes intra urbem patriam ex aucta equestris dignitatis fama uirtutumque splendorum gloria innotuisse meritorumque praecclarorum laude apud Norimbergenses inualuisse. Conf. Singularia Norimbergensia pag. 479 etc. Historia Diplom. Norimberg ad A. 1219 Sect. IV pag. 138. Add. Oratio de Francisci et S. xonicis Imperatoribus sub not. gg et hh etc. Christian. Gottlieb. Riccii zuverlässiger Entwurf von dem Landsässigen Adel in Teutschland pag. 297, 344, 361. Cramerus de uiribus et praerogatiuis Nobilitatis auitae pag. 250, 252, 259. Ludouigiuis in Reliqu. MSC Tom. IIX in Praef. pag. 34 et 40.

ACCLAMATIO

*Cernis, ut hic nulli ueniant sine Marte triumphi
 Ut nisi certanti ferta Minerua paret?
 Sic etiam, NADLERE, tibi, si diligis artes,
 Non uenit ex molli uiuida fama toro.
 Perge igitur studio, si uis contingere palmam,
 Currere per stadium: meta coronat opus.*

Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



RATIO
 DE
 AVGVSTISSIMO
 CO SEXTO

EVORVM IMPERATORE
 QVI
 CIVITATEM
 BERGENSEM
 VLARI FAVORE
 TAVIT ET BEAVIT
 HABITA

A
 BIA NADLERC

Gymn. Aegid. Audit.
 cIo lccc xxxxiij menſe Maio

imbergae typis Arnoldianis

